



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Amphidiortosis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

CAPVT XVII.

Acyron, siue, Acyrologia.

Improprium, vt sperare, pro timere. Tercet. Nam, quod tu speras propulsabo facile. Et Herod. lib. 8. ἀνλεπάλως γὰρ ἐξενήπιζον. Aduersarios se habituros sperabant.

Aesologia.

F. Ruf.

Hoc schema efficitur ratione breui, & sententiosa. Ita vt, quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur, vt; Etsi acerbum vobis, quod dicturus sum, videbitur, tamen, a quo animo audiendum est: nam ferè, verum consilium, quod initio auditugrane est; in posterum cognita utilitate fit iucundum. Lycurg.

Aganathesis.

L. Ruf.

Indignatio, quæ sit maximè pronuntiatio- ne, vt: Fero ego te Torquate, iam dudum fero, Cic. pro Sylla.

Et, *Canendo tu illum, aut vnquam tibi fistula*

ceræ
Inuicta fuit Virg.

Allæsis.

P. Ruf.
Alij enim
antithesi
confundunt.

In hoc schemate diuisio, & separatio est personarum, aut rerum, & demonstratio quantum interfit, vt: Diuersa studia in adolescentium animis aduerteramus, tamen si fratres erant, vno, atque eodem sanguine orti, alter in studio laudis versabatur, & industria virtutis, vitam gloriosam, sed laboriosam sequebatur; alter in augenda pecunia occupatus, & habendi cupiditate deprauatus, summas diuitias, summam virtutem existimabat. Hic nimirum magis erat laboriosus, qui laborem condendi, non vtendi causa suscipiebat. *Hegesia.* Item; Non enim simile est viuere in æqua ciuitate, vbi ius legibus valeat: & deuenire sub vnus tyranni imperium, vbi singularis libido dominatur. Sed necesse est, aut legibus fretum, meminisse libertatis, aut vnus potestati traditum, quotidianam commentari seruitutem, Hyperidis.

Allæsis apud Alexandrum Rhetorem aliud sonat, scilicet mutationem numerorum, casuum, personarum.

Amphidiorholis.

Apud Alexandrum Rhetorem; ὁταν πρὶν εἰπῶν, ἢ εἰπόντες ἀσφαλίζομεθα τὸν λόγον, cum dicti alicuius acerbiterem, & antequam dicatur, premunimus, & postquam prolatum fuerit, mitigamus.

Anaclopsis.

Hoc schema fieri solet, cum id quod ab al- tero dictum est, non in eam mentem, quæ intelligitur sed in aliam, aut contrariam excipitur. Huiusmodi est vulgate illud Proculcia- num. Proculcius, cum filium suum moneret, & hortaretur, audacter ex bonis ipsius sum- ptum faceret, quas in res veller, atque opus esset: nec tum denique speraret libertatem, li- centiamque vtendi futuram, cum pater dis- cessisset, cui, viuopare promiscuè omnia li- cerent: ac filius respondisset, non esse opus se- pè eadem oratione moneri, nec se patris mor- tem expectare. Ei Proculcius pater subie- cit, Immo verò minimè meam mortem ex- pectes, nec properes moliri, vt velocius mori- ar.

Plato interrogatus, qui Respubl. beata fie- ret: respondisse dicitur; Si aut qui sapiunt, im- perare, aut imperant, sapienter dicant.

Item Theophrastus dicitur dixisse, Pruden- tis esse officium, amicitiam probatam appetere, non appetitam probare.

Item Aristoteles dicitur dixisse, Bius esse vitam beatissimam, cuius & fortunæ sapientia, & sapientiæ fortuna suppediter.

Anacenesis.

Communicatio est, cum aut ipsos aduer- sarios consulimus, aut cum iudicibus delibe- ramus. Cicero in Diuinatione. [De te iam, Cæcili, mehercule extra hanc contentio- nem, certamenque nostrum, & reliqua. Est & idiotissimos.] Item pro Quinctio] Si de præ- dijs tuis ageretur, Sex, Næui, si in paruula re captionis aliquid vererere: non statim ad C. Aquilium, aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, cucurrisset? cum ius amicitia, societatis, affinitatis ageretur, &c. idem ibi- dem. Ego pro te nunc hoc consulo post tempus in aliena re, quod tu in tuare, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quæro abs te, C. Aquili, L. Luculle, P. Quintili, M. Marcelle, vadimonium mihi non obij- quidam socius, & affinis meus, qui cum mihi necessitudo vetus, controuersia de re pecunia- ria recens intercedit, &c. Item pro Sext. Si rec- tæ vestram bonitatem, atque prudentiam ag- noui, non multum me fallit: si conq. R. S. pri- mum expectari. Cato, Si vos in eo loco esse- tis, quid aliud faceretis. [& alibi] Commu- nem rem putare, ac vos huic propositos. Vir- gilius.

-fui